



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

280. De responsione data Caiphæ, & accepta alapa.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Caiphas, qui consilium dederat Iudæis;
Quia expedir, unum hominem mori pro po-
pulo. *Ioan. 18. v. 12. 13. 14.*

II. Misit eum Annas ligatum ad Caiphā
Pontificem. *Ioan. 18. v. 24.* At illi tenentes
IESUM, duxerunt ad Caiphā principem
sacerdotum, ubi convenerunt omnes sacer-
dotes, & Scribæ, & seniores. *Matth. 26. v.
57. Marc. 14. v. 53.*

III. Petrus sequebatur eum à longè, us-
que in atrium principis sacerdotum. Et in-
gressus intrò, sedebat cum ministris, ut vi-
deret finem. *Matth. 26. v. 58.* Sedebat cum
ministris ad ignem, & calefaciebat se. *Marc.
14. v. 54. Plura de hoc infra Meditat. 283.*

MEDITATIO CCLXXX.

*De responsione data Caipha, &
accepta a Iesù.*

PONTIFEX ergo interrogavit IESUM de di-
scipulis suis, & de doctrina eius. Re-
spondit ei Iesus: Ego palàm locutus sum
mundo: ego semper docui in Synagoga, &
in templo, quò omnes Iudæi conveniunt:
& in occulto locutus sum nihil. Quid me
interrogas? interroga eos, qui audierunt,
quid locutus sim ipsis. Ecce hi sciunt, quæ
dixerim ego. *Ioan. 18. v. 19. 20. 21.*

II. Hæc

II. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam IESU, dicens: Sic respondes Pontifici? *Ioan. 18. Vers. 22.*

III. Respondit ei IESUS: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? *Ioan. 18. Vers. 23.*

MEDITATIO CCLXXXI.

De falsis testimonijs contra IESUM.

I. **P**rincipes autem sacerdotum, & omne concilium, quærebant falsum testimonium contra IESUM, ut eum morti traderent. Et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. *Matth. 26. Vers. 59, 60.* Multi testimonium falsum dicebant adversus eum: & convenientia testimonia non erant. *Marc. 14. Vers. 56.*

II. Novissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit; Possum destruere templum DEI, & post triduum reædificare illud. *Matth. 26. Vers. 60, 61.* Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo. *Marc. 15. Vers. 58.* Et non erat conveniens testimonium illorum. *Ibid. Vers. 59.*

III. Et